Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Prolegomena in logicam - Cod. Ettenheim-Münster 276

[S.l.], [17. Jahrh.]

Quaestio proemialis

urn:nbn:de:bsz:31-129925

Visual Library

cretum in potentia quo cum sit in potentia concretum ante, quaz sit in rebus poterit concipi ut concretum potentiale adeoque esse unite quod si dicas unite esse actu concretum actu obiectivo concedo actu reali negatur sufficit enim concipere album signans fortiter albedinem et connotans actu subiectum non cui inhaereat actu sed cui possit inhaerere.

Rz 10

In librum Praedicamentorum Aristotelis.

Absoluimus ea quae introducunt ad cognitionem praedicamentorum deinceps ipsa tractanda sunt explicatis tamen prius inscriptione, obiecto, fine, et divisione.

Quaestio Proemialis.

Articulus Primus.

De inscriptione et obiecto huius libri

Inscribitur hic liber de categoryis id est de praedicatis sive praedicamentis ut fert communis interpretum versio, omnisque illa figura qua categoria signat accusationem sumitur autem praedicatum explicite ut notat Toletus primo pro solis summis generibus praedicamentorum ut patet ex cap. 4to et ex primo posteriorum c 35. 2do pro aggregatione omnium quae continentur sub uno quodam summo genere sic accepit Por: 3o insinuat c. 8 Aristoteles primo posteriorum c 18. utraque acceptio frequens est hac posterior quibus utraque et huius loci + ad subiectum variae sunt opiniones ut videre est apud Toletum alii ponunt voces pro obiecto alii conceptus alii res aliqui ponunt primario conceptus secundario res alii primario res secundario conceptus. nota primo aliud est quaerere, quid nam significetur in praedicamentis, aliud quid sit

explicite sumitur praedicatum.

+ Quo

Not: 10

obiectum horum librorum quam aliquid dicitur obiectum ideo quia consideratur in aliquo tractatu et omnia ad illud referuntur at vero id dicitur poni in praedicamentis quod continetur tanquam pars intra subiectum horum librorum nota 2do ex Toleto aliud esse praedicari et praedicatum aliud praedicare et praedicationem hoc enim posterius proprie convenit conceptibus et vocibus illud rebus nam conceptus et voces sunt instrumenta quibus praedicamus res autem sunt illud quod praedicatur eodem modo aliud esse subiici et subiectum aliud subiicere et subiiciens voces et conceptus subiiciunt et sunt subiicientes res vero subiiciuntur et sunt subiecta unde quoniam praedicamentum non est collectio praedicantium et subiicientium sed praedicatorum et subiectorum illud dicendum est esse in praedicamento quod est praedicatum et subiectum. nota 3o hic esse sermonem de obiecto proximo non de remoto sive de eo quod continetur in proximo. Dicendum primo cum Rubeo subiectum proximum horum librorum esse praedicamentum in genere sumptum et continet in se decem praedicamenta probatur quia praedicamentum ut sic tot continet obiecti primo enim continet in se formaliter obiecti 2do omnia ad illud referuntur vel tanquam species vel partes vel proprietates nam decem praedicamenta sunt species praedicamenti praedicata et subiecta sunt partes proprietates vero patebunt in progressu. Dicendum 2do voces et conceptus non poni in praedicamentis probatur quia praedicamentum est series et ordo praedicatorum sed conceptus et voces non sunt praedicata ergo probatur maior ex definitione praedicamenti probatur minor voces et conceptus sunt praedicantes et subiicientes sive id quo praedicamus non id quod praedicatur. Dicendum 3o res poni in praedicamentis probatur primo quia res sunt praedicata et subiecta 2do quia illa sunt ponenda in praedicamentis quibus conveniunt ea quae tractantur in praedicamentis sed ista conveniunt rebus ut patebit ex proprietatibus singulorum praedicamentorum. Dicendum 4to res non poni in praedicamento ut sunt apprehensae.

Margin: obiectum cur dicatur — quid sit poni aliquid in praedicamentis — Not. 2o — Not. 3. de quo obiecto sermo. — Dicendum 1o — probatio — Dicendum 2o probatur — Dicendum 3. probatur — Dicendum 4.

pbar. biles per primam opteȝ ut uult Caietanus probatur quia predi
camentum est series rerum predictarum et ita ponuntur in
Dm. 5° predicatis ut sunt ordinem ad eam opteȝ attety. Dicendum
5to. cum Toleto et Alberto primo res poni in predicatis
ut sunt ordinabiles earum predicari et subiici patet haec
conclusio ex prioribus. quia predicatum est series ordinatim earum
Dm. 6° predicationem et subiectionem. Dicendum 6to, etsi conceptus et uo
ces non sint id quod ponitur in predicatis, esse tamen id quo res
ponuntur in iisdem, sic Toletus, quia res predicantur per conceptus ergo
ponuntur in serie praedicatorum per conceptus. Ob. primo contra
Ob. 1° 3am conclusionem non poni res in predicatis, quia tales c. 2. ait quaedam
dam dici earum complexione quaedam sine eaque esse subiecta et po
ni in predicatis quae sine complexione dicuntur sed res non dicuntur
ergo probatur m. quia illa, quae dicuntur significant substantiam quan
titatem etc. sed res non significant substantiam quantitatem etc. sed
sunt ipsa substantia et quantitas ergo res non dicuntur. Resp. negando
Rx. m. ad probationem resp. tales per hoc vocabulum dicuntur non intelligere id
quod dicitur ut quod sed tantum quod est ut quo adeoque im
Ob. 2° proprie sumere verbum dicuntur. Ob. 2do universa logica
est sermocinalis ergo omnes partes logicae debent attendere ser
monem maxime internum consequenter ponere in predicatis ipsos
conceptus ex quibus componitur sermo mentalis. Resp. distinguo con
Rx. sequens partes debent spectare sermonem tanquam aliquid
ad quod referuntur concedo, debent spectare sermonem quasi
si omnes partes debeant esse partes sermonis negatur
quia non oportet tantum tractare ipsum sermonem et eius
partes sed possunt in particulari tractatu etiam tra
ctare ea quae sunt significata partium orationis mentalis
Ob. 3° ut inde cognoscatur natura predicationis. Ob. 3io id po
nendum est principaliter in predicatis per quod alia ponuntur
in predicatis sed res ponuntur per conceptus ergo conceptus

primario ponenda Rx negando M qa etiam in ædifi-
cio per malleu et manu ponuntr lapides in muro mal-
leus autem et manus n ponuntr.

Art: 2dus.

De fine et divisione huius libri.

In oi particulari tractatu cuiusqz scie est reperi-
re duos fines, unu ppriu illius tractatus, alteru coem
reliquis partib in eadem scia. dicendu primo in Albe
ultimu et coem finem pditoru cu alijs partib. ee ut pos-
simus facere modos sciendi, pbatr qa cu dissecere sit fi-
nis ultimus totius logicæ finis qo ultimus partiu sit
referri ad finem totalem, necesso referetr hic tractatus
ad tractandi dissertatione. dicendu 2do ppriu finem
huius libri ee minus principalem qdem ut cogno-
scamus coordinationem reru inter se, magis principalem
vero ut cognoscamus coordinatione conceptuu, pbatr qa
illud est finis cuiusqz tractatus, quod maxime qritr
in illo, sed in pditis maxime qritr ut cognoscamus quo
modo conceptus se habeant inter se qo pbatr m. qa cog-
nitio reru ut inter se realitr coordinantr ptinet pprie
ad metaphu qo hic maxime qritr cognitio coordinatio-
nis inter conceptus, et res tractantr propter conceptus qa
tractando res clarius illgitr nra, et ordo conceptuu
Ob: primo si maxime intenditr cognitio conceptuu tunc
conceptus primario debebunt poni a logico in pditis
qa id principaliter a logico dt poni quod a logico
maxime intenditr Rx negando sequelam ad pbem Rx negado
rationem allatam qa sicut licet principalitr regatr equus
n freno, tn ars frenefactoria n principalitr attendit
ad equu, sed id quo regitr equus sc: ad frenu ita li-
cet res principalitr ponantr in pditis tn logicus/

triplex finis cuiusqz scie
Dm 1o.
pbatr.
Dm 2o
pbatr
Ob. 1o.
Rx.

principaliter spectat illud quo res ponuntur in ꝑdicatis sc: conceptus. Ob. 2o. Ob: 2do si intenditur principaliter cognitio conceptuum tunc conceptus erunt obiectum primarium horum librorum probatur quia illud est obiectum cuius cognitio quaeritur ergo si maxime quaeritur cognitio conceptuum conceptus erunt primarium obiectum. R. conceptus esse primarium obiectum secundum intentionem, rem vero primarium obiectum secundum tractationem, id est quod hic tractantur sunt res sed non tractantur propter se, sed propter cognoscendam ordinem conceptuum. Dubium. Ex dictis facile resolvitur illud dubium utrum ꝑdicata pertineant ad logicam. Solutio. R. ꝑdicata ut ordinantur ad conceptus et ꝑdicationem cognoscendam pertinere ad logicam, ut vero sunt divisiones entium ordinando illa ad conceptus pertinere ad metaphu.

divisio huius libri. Quod attinet ad divisionem dividuntur hi libri in tres partes ante ꝑdicata ipsa ꝑdicata et post ꝑdicamenta in ante ꝑdicatis tractantur ea quae praerequiruntur ad ꝑdicata in post ꝑdicatis ea quae superfuerant tractanda ut illa(?) erant quaedam quae non satis explicata fuerant in ꝑdicatis

De prima parte huius libri
sc. de ante ꝑdicatis.

Praedita sunt dispositiones generum et specierum incomplexorum ergo praemittendum fuit quid sit univocum aequivocum denominativum quod dici cum incomplexione quia genera et species non sunt esse denominativa aut aequivoca sed univoca et dici incomplexe 2do haec dispositio generum et specierum est secundum inferius et superius in eodem ꝑdicato et respectu alterius ꝑdicamenti unum ꝑdicatum est subiectum alterum forma igitur etiam dicendum fuit quomodo res ꝑdicentur de aliis an velut de subo

cui inhæreant an vero de subo cui insint æntiatis an verò tantum insint subo et de nullo inferiori dicatur zio quod sequitur ex genere et superiore unius pdti sequitur etiam ex spe et inferiore in eodem pdto et ubi sunt diversi pdti genera ibi sunt diversi pdicamenti differæ fuerunt go tradendæ regulæ pdicationis. 4to. ostendendus erat nummerus pditorum ante sit ut ante pdita contineant quatuor partes prima continet dfines æquivocorum univocorum dnominativorum et divisionem in ea quæ dicuntur complexè et in ea quæ dicuntur incomplexe. 2da continet alteram divisionem pdicationis 3a duas regulas consequentiarum faciendarum 4ta pditi divisionem.

In Caput Primum.

Explicantur hoc capite æquivoca univoca dnominativa sinde tribus quæstionibus horum naturâ breviter explicabimus.

Quæstio prima de æquivocis.

Art: primus.

Explicatur dfio æquivocorum

Æquivoca definiuntur quorum nomen solum coe est, ratio vero ratio substæ diversa, nota primo et res et noia dici posse æquivoca, nam dialectici nomina æquivoca vocant æquivoca æquivocantia, ideo qa noen est id quo res dr æquivoca, quasi diceres noia æquivocant res, ad eum modum quo diximus supra noia et pdicata esse seu pdicata pdicantia, res autem vocant æquivoca æquivocata, qa fiunt res per noen dfio æquivocorum. Not. 10.